

Hermann Christoph Engelken

**Programma Paschale, Quo Jesaiam de vita Christi resuscitari æterna
vaticinantem Cap. LIII. 8. proponit, atque Cives Academicos, ut tanto, quo
Christus nos mactavit, beneficio, ... sed piè potius Festum Resurrectionis Christi
amœnissimum celebrent, ac in exoptata semper vitæ novitate ambulent**

Rostochi: Typis Joh. Wepplingii, [1722?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004000960>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1722. Ostern.

~~M-1256. 172.~~

PROGRAMMA PASCHALE,
QUO

*JEsaiam de vita ChRisti ressurrectionis
æterna vaticinante*



CAP. LIII. 8.

proponit, atque

CIVES ACADEMICOS,
ut tanto, quo

Christus nos mactavit, beneficio;
se non reddant indignos, sed piè
potius Festum Resurrectionis Chri-
sti amœnissimum celebrent,
ac in exoptata semper vitæ
novitate ambulent.

rogat atque impellit

HERM. CHRISTOPH.
ENGELESEN,

SS. Theol. Doct. ejusdemque Prof. Publ. Ord. & ad
Ædem Joh. Past.

H. Academiæ Varniacæ RECTOR.

Rostochi, Typis Joh. Wepplingii, SEREN, PRINC. & ACAD. Tyogr.

M 1236 172

Vgl. 1722



702



Lluxit, per DEI O. M. gratiam ; il-
luxit, inquam, Cives Optimi ! Festum Pa-
schale ; FESTUM ANTIQUISSIMUM.
Seculo enim II. controversia de die, quo
Paschales teria in Ecclesia christiana agen-
dæ essent, inter Orientales, & Occidentales
magna animorum contentione agitata, &
in Concilio demum Niceno Sec. IV. sopita,
satis testatur, tunc temporis Festum Pa-

schatos jam viguisse, licet illud ad Apostolos Autores non esse referen-
dum, afferat Socrates Histor Eccles, Lib. V. Cap. XXII. Vid. Ensebi-
um in Hist. Eccl. Lib. V. Cap. XXIII. XXIV. XXV. p. m. 190. sqq.
nec non de Vita Constantini M. Lib. III. Cap V. sqq. p. m. 485. sqq.
B. Quenstedium in Antiquitatibus Biblicis & Ecclesi. Part. I. p. m. 874.
sqq. DD. Heineccium in der Ubbildung der Grichischen Kirchen
Part. I. p. m. 123. sqq. & plures ; FESTUM SOLENNISSIMUM. Non
solum enim Vigilia Paschales, à Tertulliano Lib. II. ad Uxorem Cap. IV p. m.
332. memorata, præ ceteris sunt notissima, quibus primi Christiani nocte,
Pascha præcedente, convenientes, cultuique divino, ope accensarum
cerearum, vacantes, ad decentem ipsius Festi celebrationem se præpara-
bant ; Sed etiam variis ali ritus quam sanctissime observabantur. Je-
junia enim hoc Festo soluta, Baptismum Catechumenis collatum,
Coenam Dominicam celebratam esse, ut alias solennitates sicco præte-
rasam socco, ex vetustis antiquitatis monumentis constat. Vid. Ter-
tullianus

tullianam Cap. III. de Corona Militu p. m. 341., s. Leonem, apud Reginonem Cap. 264., Athanasium in Epistol. ad Dracontium, Hildebrandum de Diebus festis p. m. 77. sq. &c.; FESTUM LÆTISSIMUM Hoc enim in memoriam nobis revocat resurrectionem Christi omnium lœtissimam. Hinc in primitiva Ecclesia unus alterum sequenti impertiebatur salutatione paschali: Surrexit Dominus, altero respondente: Vere surrexit Et Simoni apparuit, quem morem adhuc hodie Russos amplecti, legere est apud Olearium in der Muscovischen und Persianischen Reise-Beschreibung Lib. II. Cap. 14. p. m. 134.; FESTUM PRÆSTANTISSIMUM. Sane Pascha Christianorum Paschati Judæorum longe antecellit. HOC enim passionis Christi quasi imaginem sivebat, in agni paschalisi maceratione, afflictione, & sic porro, consistentem; ILLUD vero Christum, post passionem acerbissimam, ac mortem crucis luctuosissimam, iterum suscitatum propinat; FESTUM CELEBRATISSIMUM. Sane tot nominibus id ipsum insignitur splendidissimis, ut numerus eorum vix iniuste possit. Appellari nempè solet Dies Dominicus à resurrectione Domini gloriosissima, teste Casilio de veteribus sacris Christianorum ritibus Cap. LX. p. 392. Gregor. Nazianzeno Orat. XLII., quæ est secunda de Paschate p. 676. audit μεγίση τῶν ἡμέρων, καὶ εορτῶν εορτὴ, i. e. maximus dierum, Et Festorum Festum. Chrysostomo Homil. CLXI. Tom. V. ημέρα τῆς ἀγίας χριστῆς θεοῦ ἀναστάσεως, i. e. Dies sancte Christi Dei resurrectionis. Athanasio Epistol. ad Orthodoxos Tom. I. ελευθέριος ημέρως. i. e. dies liberationis à captivitate. Epiphanius in Resurrectionem Christi Orat. Opp. Tom. II. p. m. 177. ημέρα πασῶν εορτῶν ὑπερέπτιος, i.e. dies festorum omnium princeps, εορτὴ τῶν παντῶν κορυφὴ, Festum totius mundi, εορτὴ παντῶν τῶν εορτῶν κορυφὴ, καὶ ἀκρόπολις, Festum omnium Festorum precipuum, Et arx, ut gemina, quæ larga manu suppeditari poterant, elegia, silentio prætermittam. Conf. B. D. Grapli Programma Paschale de Anno 1707.; Hoc ipsum Festum illuxit, Cives amantissimi! An ergo nos sedebimus domi desides? An memoriam beneficiorum Christi ex cordibus nostris exesse jubebimus? An tantum resurrectionis Festum absque sincero Numinis cultu præterlati finemus? Neutiquam! Sedebimus potius ad pedes Prophetæ celsissimi, ac illum, de vita Jesu suscitati loquentem, gaudentemque, auscultabimus, quippe qui

מֵעֶזֶר וּמִמְשָׁפֵט לְקֹח וְאֵת דָרוֹן כִּי רַשּׁוֹת
 Ita erumpere gesit: **לְקֹח וְאֵת דָרוֹן כִּי רַשּׁוֹת**
 i. e. Ex angustia & ex judicio sublatu*s* est. At generationem (atatem) i*esus quis enarrabit?* Es. LIII. 8. JESAIAS est, JESAIAS est, qui sententiam tam egregiam, tam notabilem nobis subministrat, sicque ipse olim Festum resurrectionis Christi fide celebravit. Vocatur is in titulo Libri sui prophetici Jeschaja, i. e. Saluti fuit Dominus, alias, e. gr. Es. I. 1., Jeschajahu, i. e. Saluti fuit Dominus ipse, quo nomine per insigni nuncquam non admonitus est, omnem salutem, opemque a DEO summo exspectari debere. Generatus vulgo, ob Rabbinorum traditionem in Gemara Codic. Megilla fol. 10. col. 2, apud Camp. Vitrinam in Prolegom. Commentar. in Esaiam pag. 2., creditur ab Amasia, Regis Judae, Fratre, Amoso, adeo ut hac ratione Christum, quatenus hic ortum duxit ex hominibus, cognatione attigerit, cumque verè Cap. V. 1. Patruelam salutare potuerit. Hieronymus de Scientia divina legis. Opp. Tom. IV. p. m. 61. scribit: Esias vir in sua gente nobilissimus, Sacer Regis Ezechieia fuisse refertur. At nihil certi hac de redici potest, sed omnia redeunt ad Judeorum commenta. Audiamus hec, qui multa paucis complexus est, Micralium in Histor. Eccles. Lib. I. p. m. 152. hisce usum verbis: Hieronymus Quest. in Paral. Tom IV. dicit, Socerum eum (Jesaiam) fuisse Hiskia, & sic Avum Manassis, ex filia Hephziba, cuius mentio fit 2 Reg. XXI. 1. Anno regni Uzia XXIX. munus aggressus propheticum, XCVI. amplius annos, ad duodecimum annum Manassis, ei praefuit, & in libro suorum vaticiniorum, quicquid de Physicis, Ethicis, Logicis, & quicquid de sanctarum Scripturarum mysteriis potest humana lingua & mortalium sensus accipere, complexus est summa præ ceteris Prophetis venustate sermonis, & urbana dictio*n*is, ceu dixit Hieronymus. Uno enim volumine conciones legales, & Evangelicas, historias regni præcipuas, paraneses vividas, consolationes efficaces, preces & gratiarum actiones piissimas comprehendit, hoc quidem ordine, ut primis XII. Capitibus Judeos corripiat, consoletur, doceat, de futuris premoneat, inde usque ad Cap. LXIV. gentibus minetur, post usque ad XXXVI. Caput se denud ad Judeos convertat. Historiam deinde Hiskia IV. Capitibus explicet, & hinc ad finem usque ad Judeos iterum sermonem dirigat, tam perspicuo usus calamo, ut in vaticiniis suis nihil de Christi incarnatione, miraculis, via, regno, & passione pratermisserit. Haec Micralius! Quia autem Jesai-

as non uno in loco quam clarissime de futuro tunc temporis Messia;
 Iesu scil. nostro, vaticinatus est, hinc haud abs re ab Hieronymo in
 Prefat. in Esaiam, Opp. Tom. III. p. 26., nec non in Prefat. Commenta-
 riorum in Esaiam, Opp. Tom. V. p. m. 3, non tam Propheta, quam
 Evangelista & Apostolus appellatur. Hieronymum præ aliis sine dubio
 Augustinus Lib. XIIIX. de Civitate DEI, Opp. Tom. V. fol. m. 167.
 indice indigitat digito, scribens: Esaias inter illa, qua iniqua ar-
 guit, & justa præcepit, & peccatori populo mala futura prædictit, etiam
 de Christo & Ecclesia, hoc est, de Rege, & ea, quam condidit civita-
 tem, multo plura, quam ceteri prophetavit, ita ut NB. à quibusdam Eva-
 angelista, quam Propheta potius diceretur. Inter miracula, a Jesaiæ, Dei
 virtute, patrata, recensetur productio fontis, Esaiæ precibus facta, fontis
 inquam, qui propterea Siloah, quasi missus, appellatus sit. Si enim Epiphanio
 de Vitis Prophetarum, Opp. Tom. II. p. m. 2; 8. fides est adhibenda, Deus, ob-
 sessa à Sennacheribô Assyriorum Rege, Hierosolyma, piscinam Siloah, ad pre-
 ces Jesaiæ, clementissimè concessit, ita ut, accendentibus Judæis, sus-
 ficiens semper aqua suppeteret, accurrentibus vero Assyriis, ne vestigia-
 um quidem aquæ adesse. Fides sit penes Autorem! MORTEM
 JESAIÆ quod attinet, Rabbini, in condendis fabulis alias felicissimi,
 tradunt, eundem, jussu Regis Judæ, Manassis, lignea serra dissectum
 esse, id quod, Rabbinos fecutus, pariter memoriae prodidit Ephiph-
 nius l. c., & qui non? Adde Hieronymum in Comment. in Esaiam, Opp.
 Tom. V. p. 209. b., qui l. c. p. 8. a. Ajunt Ebrei, inquit, ob duas cau-
 sas interfecit Esaiam, quod Princes Sodomorum & populum Go-
 morra eos appellaverit, & quod Domino dicente ad Moysen, Non po-
 teritis videre faciem meam, iste ausus fit dicere: Vidi Dominum seden-
 tem super thronum excelsum, & elevatum. Negativam tamen,
 quod sc. Jesaias serra non sit dissectus, defendere satagunt Melchior Ley-
 deckerus de Statu Republica Hebraorum Tom. II. Libr. II. Cap. IIIX.
 p. m. 210. DD. Buddeus in Historia Ecclesiæ Vet. Testam. Tom. II. p. m.
 599. sq. Dn. Lic. Carpzovius in Introduc. ad Libros Canonic. V. T.
 Part. III. p. m. 96. sq. M. Rohrius in Disp. de Pictore errante Cap. II.
 Sect. I. num. 10. Elogia, quibus à priscis Ecclesiæ Patribus Propheta
 noster mactatur, in scenam attulit Svererus in Thesauro Ecclesiastic.
 Tom. I. col. m. 1334. sq. Pingue autem mendacum committunt A-
 rabes apud Abulzarajum, somniantes, Jesaiæ, quod non prohibuisset

Uſia ſuffitum in altari accendere , prophetice donum per viginti oī
 annorum ſpatium fuſſe ablatum , reſtitutum demum , mortuo Uſia ,
 & durans per annos LXI . Lege adhuc quoad vitam , prophetiam , fata-
 aliaque Ieſaiæ , Celeb . Dn . Georg . Serpilium in Eſaiā , oder Nach-
 richt von dieses Propheten Lehre und Lob / Leben und Todt p.m.
 1 -- 114 . Dn . Lic . Job . Gotlob Carpzevium l.c . p . m . 87 . sqq . DD . Bud-
 deum loc . cit . p . 598 . lqq . Leydeckerum l.c . p . 109 . sqq . Vitrinam in Pro-
 legomen . Comment . in Ieſaiam p . I . sqq . , Aut . des neueröffneten Musai .
 Part . II X . p . 641 . sqq . Hic jam Eſaias , brevi haſtenus penicillo de-
 lineatus , de exoptato paſſionis Christi fine , & fecuta vita æterna vatici-
 nari gavisus eſt , inquiens : Ex anguſtia & ex iudicio ſublatus eſt . At
 generationem (ætatem) ejus quis enarrabit ? Sermonem hic fieri de
 Christo , indè extra omnem dubitationis aleam ponitur , quia in toto
 Cap . LIII . , ex quo citata verba deſumpta ſunt , de Mefia , livè Christo ,
 tunc temporis adhuc futuro , agitur , fatentibus Interpretē Chaldeo , &
 Talmudisſis veteribus , aliisque , & contra Judæorum recentiorum , R .
 Abarbenelis , & R . Alſchech molimina commononstrantibus Slovoglio in
 Diſp . Academ . Diſp . 35 . p . m . 915 . sqq . Conſtantino l' Empeneur in Vin-
 dicis Eſaiæ , Schuditio in Iudeo Christicida Lib . II . Cap . VII . p . 144 . &
 pluribus . Imò tanta luce Ieſaiæ vaticinium in oculis quoque Judæo-
 rum variorum radiasse accepimus , ut illi vel ſola hujus Capitis medita-
 tione decenti ad Christianam fidem ſint conversi , exemplis Job . Iſaac .
 Levi , Moſis Prægeri , allorumque , id docente doctissimo Serpilio in
 dem Eſaiæ Cap . II X . pag . 36 . sqq . Sane Didacus de Payva , Theologus
 Pontificius , memorie prodidit , multos converſos Judæos faſtos eſſe , le
 Capiti LIII . Ieſaiæ , & imprimis verſi 4to , ſuam conversionem in acceptis
 referre debere , cum interroganti ipſi : Quid eos in eo capite adeò tor-
 ſerit ? e vestigio reposuerint : מכח אלהי ומענה percussus Dei
 & affliktus , vid . Dn . Serpilium l . c . p . 38 . Hinc haud abs re Bangius in
 Exercitationibus Philologico - Philosophicis Exerc . I . p . m . 79 . citatum Ca-
 put LIII . Eſaiæ Judæis pie expendendum & ruminandum commendat .
 At verò Christianis , de Iesu noſtro Prophetam loqui , planè redditur
 indubium , ex indubia Spiritus S . allegatione & expositione Matth . II X .
 17 . Act . II X . 32 . Petr . II . 24 , ut animum profanum manifeſte pro-
 dat Grotius in Comment . ad h . 1 . ad Jeremiam integrum Prophetæ vat-
 cilium

cinium obtorto trahens collo, jure capropfer vapulans B. Calovio in
Biblio illustrat. ad h. l. p. m. 253. sqq. Conf. B. Pfeifferi Dubia Vexata,
p. 721, Joh. Marckii Analyticam Exegeticam Cap. LIII. Esiae, Vitringa
Comment. ad h. l., Hausdorffs Betrachtungen über das LIII. Cap.
Esiae &c. Quia itaque in toto Capite Jesaias Jesum nostrum sicut, hunc
quoque Jesum nostrum nobis, ut à passione cruenta liberatum, ac æter-
num viventem, sicut v. 8, adeò ut mens ejus huc abeat : Messias, sive
Salvator totius generis humani, (is enim ut unica persona Populo
semper, & manifestissime ipso verso 8., contradistinguitur) ex angustia
& ex judicio sublatus est. Evidem Abarbenel in Persisch ad h. l. fol. m.
75. col. 4, vocem לְמוֹ hic reperiundam, habet pro indicio
pluralitatis, indeque non de unica persona, nempe Christo, sed de
pluribus, sicut de Populo Iudaico, Jesalam interpretari amat, scribens :

אֵיךְ וַיֹּאמֶר שָׁנָאָטוּ הַכֹּהֲבִים הָאֱלֹהִים עַל יְשֻׁעָה הַנְּצָרִי
וּשְׁעַל מִזְחָה נָאָפֵר כִּי גָּגָר מָרָץ חַיִּים כִּי חַנָּה הַכֹּהֲבִים
אָוָם מִפְשָׁע עַמִּי נָגַע לְמוֹ וּמְלָתָה לְמוֹ הִיא לְשׁוֹן רַבִּים
וּוֹרָה שְׁהָפֵרֶשָׁה עַל רַבִּים נָאָמָה לֹא עַל וְחוֹר וּכְלוֹ)

i.e. *Quomodo poterunt dicere, quod ha Scriptura loquuntur de Jesu Nazareno, & quod de morte ejus dicatur: Abscissus est de terra viventium. Nam ecce! Scriptura ait: A pravaricatione populi mei percussio est לְמוֹ (illis). At vox pluralem designat numerum, & monstrat, quod Sectio hacce de pluribus toquatur, non de uno &c.* Verum enim vero nihil agit Abarbenel, nam vocem לְמוֹ sustinere interdum significationem singularis numeri, & unicam duntaxat indigitare personam, clarissime patet ex Gen. IX. 26., ubi dicitur, quod Canaan futurus sit Servus לְמוֹ ipsi sc. Semo. Hoc autem loco non nisi unicam personam illa voce denotari, inde in Solis jacet disco, quia is, de quo h. l. sermo fit, *Populo* opponitur, uti jam antea monere collibuit. Jesus ergo noster, juxta humanam naturam mortuus i Petr. III. 18., Jesus, inquam, noster ex angustia sublatus est. Per angustiam intelliguntur omnes injuria, contumelia, verbera, malaque cuncta, quae Salvator tum à Judæis tum à Gentibus perpetratus est, bene notante Iesu in Annotat. ad h. l. p. m. 683. Vox Hebraica propriè notat coarctationem,

titionem, utpote si aliquis e. gr. carceri cuidam inclusus est, & coactus, ut libera non detur frui aura. Certe Christus patiens in carcere quasi afflictionum, calamitatum, miseriarum tantopere detinebatur, premebatur, angebatur, ut vix spiritum duceret. At superavit angustiam, & ab illa feliciter liberatus est, dictus propterea υψησασ
 τον, Zach. IX. 9. Pariter sublatus est ex iudicio. Judicii nomine denotatur severa in Christum animadversio, atque poena, quâ Deus Pater eundem, tanquam Sponsorem nostrum, qui omnem peccatorum nostorum molem in se suscepit, affecit, iterum optimè observante Iunio l. c. Quis enim nescit, quantis irâ divine telis sit peritus in horto Gethsemane, exclamans Matth. XXVI, 38: Mæsta tota est anima mea neque ad mortem? Quis nescit, quantas prævaricationum nostrarum poenas dederit in cruce, querens Matth. XXVII, 46: Deus mihi, Deus mihi, quare me dereliquisti? Quis nescit, quod à DEo sit odio habitus, execrationi mancipatus, omni commiseratione destitutus, omni solatio orbatus, omni auxilio indignus habitus, factus quippe à DEo peccatum pro nobis 2. Cor. V. 21, & inde existens maledictio, Gal. III. 13? Certe si etiam Judai & Gentiles manus nefarias Salvatori non injecissent, Ipse DEus Christum, nostra reparationis ac salutis causa, exquisitissimæ subjecisset torturæ, quia alias læsæ justitiae divine non fuisset satisfactum. Vid. B. Mayeri Diff. Ultrum ipse DEus necem Redemptori intulisset, si abstinuerint homines. At liberatus est à iudicio, justaque DEI animadversione, postquam cunctas peccatorum nostrorum poenas pertulisset. Huc tendit Paulus, inquiens Ebr. V. 7: Christus in diebus carnis sue preces & supplicationes ad Eum, qui poterat servare ipsum ex morte, cum clamore valido, & lacrymis dum obtulit, & exauditus est ex reverentia. Addit jam Evangelista V. T: At generationem ejus quis enarrabit? Phrasin, hanc interrogativam sensu gaudere negativo, indubium est, uti ostendi in Diff. Exegerica de Cognitione internorum hominis §. V. p. 8. sqq. Sensus ergo huc reddit: Nemo generationis ejus enarrabit. Nomen רֹא, quod hic extat, communiter redditur: Generatio. Significat autem vel homines, per generationem existentes, uti Jos. XXII. 27. 28.; vel etiam tempus, etatem, seu durationem, uti Ps. XLIX. 12, ubi impii introducuntur gloriantes, habitacula sua fore רֹא רֹא, i. e. in etaten ac etatem. Si R. Dav. Kimchi in Sepher Schoraschim audis, dicta vox notat

כל ימי־הַיּוֹם i.e. tempus vita hominis, vel
 notat מִן־הַיּוֹם i.e. omnes dies, quos transfigit homo in
 hoc mundo, adeo ut Kimchi significacionem temporis pro psalmaria ha-
 bere videatur. At doctiss. Gussetus in Commentariis Lingv. Hebr. p. m.
 184. alteram acceptionem, qua homines designat, pro prima venditat,
 scribens רְוָרָה modo significat tempus, modo homines. Sed utram coru-
 magis primo ac propriè significat? Homines. Mea sententia Joh. Forste-
 rus in Dictionario Hebraico p. m. 168., haud male memoratam vocem
 exponit per Seriem confitutam & ordinariam sive temporis sive hominum
 sive actionum, certam successionem sive revolutionem, ordinem graduum
 naturalis propagationis, ubi ex alio aliis nascitur &c. Ut itaque ad
 dictum nostrum revertar, parum referre videtur, an illud de homini-
 bus, see spiritualibus Christi Filiis, per Verbum ac Sacra menta genera-
 tis, cum Gussetto l.c., accipiatur, an de aetate Christi, seu vita ejus du-
 ratione, cum B. Luther, (redente: Lebens-Länge) intelligatur.
 Si enim prius placet, sensus hic est: Nemo enarrabit Filios ejus spiritu-
 ales, atque sic vita Christi perpetuitas supponitur. Si vero posterius ar-
 fidet, mens Prophetæ huc redit: Nemo enarrabit perpetuitatem ejus,
 atque adeo aeternitas vita Christi, post exaltatam passionis miseriam,
 felicissime restituta, indigitatur. Fateor tamen lubens, me hanc ul-
 timam expositionem priori præferre, cum partim eam ipse Prophetæ
 stabiliat v. 10, subiiciens: Prolongabit dies; partim autem illa res ma-
 gis conveniat, quoniam rectius vita Christi duratio, quam cœtus Fic-
 liorum Christi spiritualium vocari queat inenarrabilis. Sanè pauci-
 tantum sunt electi Marth. XX. 16., sique numerus eorum initii quodammodo potest. Sed vita Christi, post resurrectionem gloriosam
 resumpta, absque omni fine existit æterna, sique duratio ejus plane
 enarrari nequit. Ergo Christus resuscitatus vivit perpetuo & regnat
 in æternum, nam Christus, postquam resuscitatus est ex mortuis, non
 amplius moritur, mors illi non amplius dominabitur, Rom. VI. 9.
 Ipse potius exclamat Joh. XIV. 19.: Ego vivo, & vos viveris, &
 ingeminat Apoc. I. 18. Fui mortuus, sed ecce! vivo ego in secula seculorum,
 Amen. Adde Ebr. VII. 25. Accedite jam, Cives Optimi! paucis Vos ad-
 huc volo. Audiatis Jesum, post superatos passionum fluctus, trium-
 phantem, vinculisque mortis solutum. O Mei! Gaudete & ovate.
 Absorpta enim est mors in victoriam, Ubi tuus, mors, stimulus?

Ubi tua, inferne, vicitur, 1 Cor. XV. 54. 55. Deo vero sit gratia, qui dat nobis victoriam per Jesum v. 57. Benè Epiphanius Orat, in Resurrexit: Opp. Tom. II. p. 277: autem, inquit, ημέρα, ἡν ἐπίνοει εἰ καὶ θ. Αγαδικούμενα πενταλίκως οὐκεὶ εὐθεωδῶμεν θεο-
τεπτῶς εἰς αὐτῆς. Hec est dies, quam fecit Dominus. Exultemus spiritualiter, & lætemur modo Deo placenti, in ea. Nolite gaudia gaudere mundana, profana, turpia. Gaudete autem gaudia spiritu-
lia, pia, Deo grata. Audivisti Jesum ex mortuis suscitatum! O Mei! Surgite à morte peccatorum, ac in coeno flagitiorum hærente nolite. Deus enim Vobis acclamat: Experciscere quæ dormis, & surge ex mortuis, ut illucescat tibi Christus, Eps. V. 14. Graphicè Hieronymus, vel quisquis Autor est, in Serm. de Resurrectione Domini, Opp. Tom. IV. p. m. 153: Perspicere, ait, homo, quantum valeas, & perpende, quid debeas. Perspicere, quantum valeas, ut tandem vilis esse tibi definas, ut vel per hoc erubescendas subjacere virtutis dignitate metiris. Audivisti Jesum, post factam resurrectionem, in aeternum viventem. O Mei! Observate illud Pauli Rom. VI. 4: Sicut resuscitatus est Christus ex mortuis, per gloriam Patris, ita & nos NB. in novitate vita am-
bulamus. Et cum leges justæ repugna fiant vitiis ac pravitatum, hinc vellim recordemini Edicti Academicæ, nuper Die XXVI Mart. in tabula publica affixi, quo devit rediguntur in ordinem, contumacibus poenæ intentantur promeritis, boni ad continuandum virtutum cursum extimulantur. Ut verò illud ad omnium notitiam ed-
certius perveniat, non possum, quin Programmati huic publico id in-
seram, quod sequentis est tenoris:

RECTOR & CONCILIJM ACAD. ROST.

Civibus suis!

VARII proh! rumores haec tenus nostram personarunt Academiam, urbemque, rumores, qui non potuerunt non nobis existere quam ingratissimi. Dicuntur enim fuisse, inter Vos, O Studioi! Deliciæ alias nostræ! qui boatibus plateas repleverunt, qui cantica obscena, scandalique plena, pleno ebuccinarunt gutture;

ture; qui innoxias, & ædibus suis inclusas personas injuriosis verbis factisque læserunt, qui fenestris, lucem hypocausti vel musæi prodentibus, se præbuerunt infestos, magno clamore, ut candela cito citius extinguitur, exposcentes; qui obvios, tam alios, quam etiam militiæ addictos, invaserunt; qui duello invicem congressi sunt, qui alia facinora, legibus divinis & humanis è diametro repugnantia, ordinemque exercitum mirum in modum deturpantia, patrarunt, patranteque. O! quantam labem, si vera hæc sunt, (quæ tamen omnia vera esse credere nec possumus nec volumus) contrahitis! Quantam maculam vestro inuritis nomini! Quantum dedecus in Vosmet derivatis! Studiosum humanitatis decet, ingenua vitæ ratione, relegatis sordibus nefandis, se commendare, à vulgo se distinguere, amorem maximorum, laudem omnium ad se derivare, pertrahere. Qui vero vitiis litat pessimis, is vulgatum illud Alexandri sibi putet dictum: *Aut nomen aut mores muta!* Quemadmodum itaque Magistratus Academicus BONOS sovere, tueri, & quantum in se est, sartos servare tectosque gestit, studetque, ita MALIS, vi officii, à D E O commissi, non potest non esse terrori. Hinc eos, qui olim ad avia forte deflexerunt, serio monemus & hortamur, ut in se redeant, ac decenti vitæ emendatione, pristinam eluant maculam. Cunctis vero injungimus & mandamus, ut, memores præcepti naturalis, neminem lædant, duella vitent, ac præsertim omnes cum Mitisib[us], cuiuscunque fuerint nominis, ac conditionis, fugiant rixas, contentiones, conflictus, collisiones. Quodsi vero nihilominus aliqui, mandatorum Magistratus

Stratus severissimorum, ac monitorum paternorum contemptores, jugum legum nefariè perrumpere, & repugula honestatis perfringere fuerint conati, unum alterumque ex ante allegatis, vel geminum committendo delictum, illis gravissimas denunciamus pœnas, &, pro ratione circumstantiarum, publicam decernimus relegationem. Ne verò quispiam ignorantiam (quæ, quia juris est, ne quidem obtendi potest) suæ prætexere queat nequitise, præsens Diploma Academicum publicè affigi curavimus, quo unusquisque discat sibi cavyere, atque caute mercari!

Cavete ergo Vobis, O Cives! à turpi famæ vestre dehortamento, ne pœnas DEi acerbissimas, ac Magistratus Academicus animadversionem severissimam incuratis. Studete honestati, pietati, probitati, ut DEum propitium, Magistratum faventem, Bonos omnes adplaudentes experiamini.

*P. P. sub Sigillo RECTORALI ipso
Paschatos Festo, Anno
MDCCXXII.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004000960/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004000960/phys_0015)

DFG

ture; qui innoxias, & ædibus suis inclusas per injuriosis verbis factisque læserunt, qui fenestram hypocausti vel musæi prodentibus, se præ infestos, magno clamore, ut candela cito citius guatur, exposcentes; qui obvios, tam alios etiam militiæ addictos, invaserunt; qui duellum congressi sunt, qui alia facinora, legibus & humanis è diametro repugnania, ordinem strum mirum in modum deturpantia, patrulantque. O! quantam labem, si vera haec (quæ tamen omnia vera esse credere nec posse volumus) contrahitis! Quantam maculam in uritis nomini! Quantum dedecus in Vosmetatis! Studiosum humanitatis decet, ingenua vita ne, relegatis sordibus nefandis, se commendare, go se distinguere, amorem maximorum, laudem ad se derivare, pertrahere. Qui vero vixit pessimis, is vulgatum illud Alexandri sibi putum: *Aut nomen aut mores muta!* Quemadmodum que Magistratus Academicus BONOS fovere, & quantum in se est, sartos servare tectosque studetque, ita MALIS, vi officii, à D E O con non potest non esse terrori. Hinc eos, qui oavia forte deflexerunt, serio monemus & hortut in se redeant, ac decenti vitæ emendatione, nam eluant maculam. Cunctis vero injungimus mandamus, ut, memores præcepti naturalis, ne lædant, duella vitent, ac præsertim omnes Militibus, cujuscunque fuerint nominis, ac confiugiant rixas, contentiones, conflictus, collisi. Quodsi vero nihilominus aliqui, mandatorum

